



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis  
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate  
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

Iesu Christi Annus. M.DC.LXII. Sancti Patris Benedicti. M.C.LXXXII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

I E S U C H R I S T I A N N U S . M . D C . L X X I I .

*Sancti Patris Benedicti. M . C . LXXXII.***L**Uget uno hoc anno duo Illustrissima Ordinis Sydera Congregatio

*n*ostra Sanctorum Vitoni & Hydulphi,  
et si majore plausu cœli recepta. Ex his  
die ipsa Ascensionis Dominicæ ad tri-  
umphos illos, non tā spectandos quām  
participandos evocatus à Numine est  
sancta memoriae Reverendissimus Do-  
minus Claudius Hydulphus Bernier Ab-  
bas Favernei dignissimus, vir verè  
sanctus, & solidè eruditus, dum amplissima Congregationis pro meritis Praefidem ageret, in redditu à Capitulo Generali, morbo interceptus & in Monasterio S. Michaelis ad extrema deduc-  
tus, incredibilique omnium luctu extinctus, cum prius omnibus sacrofantiis Ecclesia sacramentis munitus, insigni exhortatione Fratres ad acuram Regularem Observantiam, Charitatē, & Obedientiam exhortatus esset. Fuit professus Monasterij de Faverneio, in quo etiam strictiorem Observantiam multo fervore amplexus, eodem deinceps plurimos accedit. De litteris æquè meritus, sumo cum fructu & laude Professorem in eadē Congregatione Philosophia & Theologia egit, paulo post Prior sui Monasterij designatus, deinceps vero, ob insignia talenta sepius Visitator, Definitor, & Praes Tottius Congregationis consalutatus. Ipsum excellere in omnibus, & excelldis vel maximè ad omnem sanctitatem animis, animadvertisens Alphonsus Favernei Abbas jam septuagenarius, inq; temporalibus non minus quām spiritualibus esse dexterum, sibi à Summo Pontifice & Rege Catholico in Coadiutorum cum jure successoris adjungi expectijs & obtinuit, magno omnino cum Monasterij emolumento, cui etiā defuncto in honorem ex integro successit. Mirabilis sancte Abbas, Magistrum Novitiorum agere, dignissimum Abbatete duxit, & triginta duobus annis, quibus Abbatem, juxta Magistrum Novitiorum egit, idem speculum & exemplar Virtutum omnium omnibus & singularis, omnibus verendum & venerandum, qua ex causa innumeris quasi sub eius Magisterio & ductu Religionis habitum suscepunt, ita ut omnium fere totius Burgundia Benedictinorum patet fieri et Magister, sumo totius Con-

*Claudius  
Hydulphus  
Bernier  
Abbas Fa-  
vernacensis*

*Congrega-  
tionis Prae-  
fici*

*Coadiutor  
fit Faver-  
nacensis.*

*Speculum  
Virtutum  
omnium.*

gregationis fructu, dum omnium quoque idem animus esset, eodem Doctore, ductore & educatore, docti, ducti, & educati, in cuius uti corde omnes expressi erant, ita ipsum impressum habebant, etiam absque arbitris ejusdem oculis, arbitri non minus collegæ oculos, serio attendentes, nequid Novitio indignum professus & Presbyter admitteret, solo Collegæ contuitu, Magistri tam absoluti monitorum saluberrimorum utilissimè reminiscentes.

Alterum Burgundia item eodem anno ereptum sydus admodum Reverendus sanctæ item memoriae P.F. Simplicianus Gody exitit. Hic Ornaci in Liberò Burgundia Comitatu natus, unus eorum fuit Religiosorū, quos Patres strictioris Observantiae Congregationis Sanctorum Vitoni & Hydulphi, celumina & culmina ejusdem usque hodie colunt & grato animo recolunt, celebranteque, hunc vero ipsum religiosius venerantur, cum propter eximiam suam Virtutem, tum propter profundam scientiam, atque eruditionem, qua inter nobiles Scriptores tam soluta Latina, Gallicaque oratione, quām Latino Gallicoque carmine insignes, vel maximè enituit. Anno Christi 1617. sexdecim annos natus in Abbatia S. Vincentij Bisuntini, Novitiam strictioris Observantiae habitum suscepit; ibique sexagesimum suæ aetas annum agens, Christianissimè densus est, relicta prius illustris Sanctitatis fama, peractis ante Spiritualibus exercitijs, in qua quotannis, ut acurata meditatione aeternorum premunitus fese ad extremam mortis palæstram prepararet, studiose incumbere consueverat, denunciato prius disserre Superiori suo, ultimo Vitæ suæ die, exantatissime pro Congregationibus S. Mauri in Gallia, SS. Vitoni & Hydulphi in Lotharingia, Burgundia, & Campania, Ordineque Cluniacensi plurimis laboribus, quos magna ex parte pertulit, dum ab iisdem Congregationibus, ad Visitatoris, Prioris, & Novitiorum Magistri honorem, onusque simul fortunatè experitus atque evectus est, omnibus adeo dextre & sancte perfunctus, ut nemō non plurimum miraretur. Prima hujus viri Tyrcinia fuit institutio florissimæ juventutis, quam in Abbatia Faverneensi Liberales Disciplinas

gna-

*Simplicia-  
nus Gody  
Vir sanctus  
& doctus*

*Vita com-  
pendiaria*

*Singularia ejus merita.* gnaviter edocuit. Quod officium ipsi etiam demandarum in Monasterio S. Nicolai de Portu fuit, quod ante fatalē bellum quo tota Lotharingia exarsit, pueros Nobilium (ut mos erat in Casino tempore S. P. N. BENEDICTI) studiosissimè educandos susceperebat; quo tempore plurima opuscula Latino Gallicoque carmine concinnata, scriptis mandavit, inter quae Tragicomœdia, quæ memorandum illud atque singulare miraculum S. Nicolai meritis erga Comitem de Richecourt editum exhibebat, non minimæ elegantiae fuit. Hæc recitata fuit coram Duce & Principibus Austrasie Domus, in illo miranda amplitudinis magnificique decoris templo, in quo S. Nicolai insignis Thaumaturgi Reliquiæ, frequentiori omnium Europæ nationū concursu huc appellente sumo cum honore coluntur, in ipso eodemque loco, quo Comes ille è Palæstina ac miserrima servitute translatus est. Inde Superiorum iussu Parisios se contulit, alteram ab Athenis urbem Minervæ sacram, ut Rheticam in Collegio Cluniacensi publicè profiteretur, quo in loco plurimos libros typis mandari curavit. Postea, Vir sanctus, cum quanti referre plebè ipsam in omni integritate institui, hanc Cathachisimo erudiendam suscepit, Parisijs primum, memorabili cum fructu, tum per totum Galliæ Regnum, impellentibus ad hoc virum Dei Domino Barone de Renty & R. P. Bernardo, duobus hocce saeculo nostro purissimis Christianissimi luminaribus, dumque sibi sati huic operi laboris impensum videretur, in Comitatum Burgundiæ est reversus, ubi Superior effectus, Christianam doctrinam populo annunciat, tanta omnium approbatione, & nominatum Celsissimi Principis Claudiij d' Achæi Archiepiscopi Bisuntini, qui singulari prorsus amoris studio hunc virum Dei prosequebatur; ut Basilica S. Vincentij Bisuntij capere non posset nimium omnium concursum, tam sancti Prædicatoris instructionem medullitus exambientium, & mirificus se fuisse ardor in omnes, cum insigni fructu effunderet. Inter tam utile quam laudabile negotium, unum adhuc illustrius suscepit: nempe orationis mentalis exercitium, in duos Tractatus in se partitum, quorum alter Medicationes, pro-

totius anni decursu, alter præludia Mysticæ Theologiæ continet, quos Tractatus postea Dolæ prælo mandari fecit. Interim dum hoc opus prosequitur, Eminentissimus Cardinalis Mazarinus petij Monachos Reformatos sibi à Congregatione ad Augustum Archisterium Cluniacense transmitti, ut ibi Reformationem firmarent ac tuerentur, è quorum numero Simplicianus noster extitit, qui etiam tanti Archistarrij Prior designari meruit, & verè omnes numeros Sancti Prioris explevit, atque invicta cum primis patientia, se admirabilem & insuperabilem comprobavit, & si uspiam alias, laureolam immortalitatis meruit, multoque cum fructu laboravit. Demum ultimam Operibus suis coronidem impositurus *Masam*, quam ipsus *Contemplatricem* inscripsit, composuit, & lectissimis Epigrammatum hymnorumque gemmis insignivit, eaque finita ad Cænobium se suum, ubi se primum Numini consecraverat, recipiens, ibidem 13. Augusti nona in valescentis febris die in Domino requievit. Cujus memoria in Benedictione apud omnes est, vivitque hodie in tot superstitibus discipulis, uti in ipso Sanctus Pater Noster Redivivum se prodidit. *Ex citatis & formalibus discipulorum lectissimorum relatione & scriptis.*

Sed & Galliarum Regno, duo pariter luminaria Viraginum, uti Burgundiæ Virorum, idem ipse hic annus abstulit. Ex his alterum Isabella à S. Trinitate fuit, nulla re illustrior, et si in omni exercitissima virtutis studio, quam inexplicabili Deiparenis colenda jugi exercitio, cui tamen ipsa multa ad honorem ejusdem accumulavit, magnisque carnis mortificationibus, charitatis, humilitatis, obedientiæ, patientiæ astibus, Magnæ Matri Virgini mirè se commendavit. Fuit autem præcipue affecta, erga sacrum Visitantis Dei paræ Elisabeth cognatam Mysterium; unde etiam ubi primum Pleuritide correpta fuit, morituram se die Festo ejusdem Visitacionis, nec prius, licet multa Symphomata fecerit dictarent, prophetavit. Quod ita evenit hoc anno, & secunda Julij animam sanctissimam efflans Virgo Domini, ad illa Verba Passionis Dominicæ, *Hæc dicens exspiravit.* Qui ei à Confessionibus semper à pueris

*Archistarrij  
Cluniacen-  
sis Prior  
designatur.*

*Sanctissimæ  
exingu-  
tur.*

*Isabella à  
Santæ Trin-  
itate.*

*Mortem  
predicit.*

*Mirificus è  
viri tanti  
laboribus  
fructus.*

## B E N E D I C T U S

294

Vitam An-  
geli prox-  
mam du-  
xit.

*Magdale-  
na à San-  
cta Lachry-  
ma.*

*Invictissi-  
ma Virginis  
Patientia.*

*Felicitas  
Galliarum  
Regni.*

ritia fuerat, asserere non dubitavit, vi-  
tam Angelis proximam duxisse, sibiq;  
si liceret per Ecclesiam, potius in ejus  
exequijs dicendam Missam de sancta  
Virgine quam pro Defunctis, serio af-  
firmavit. Ex sape citatis Calvarienſum  
scriptis.

Alterum cœlis hoc anno insertum  
ex eadem Congregatione luminare,  
fuit Magdalena à sancta Lachryma.  
Hæc præter vitâ sanctissimè exactam,  
verè Calvarie alumnam & compatiens-  
tem Dolorosæ Marri & Crucifixo com-  
probans, miraculum patientiæ in do-  
loribus velimentissimis extitit. Nam-  
que post diutinos labores, quos mira-  
bili constantia & generositate tolera-  
bat, acerbissimo colici morbi afflita  
genere (Miserere in Gallijs vocitant)  
viva quasi dilaniabatur. Cumque con-  
dolentes afflictissimæ Sorori reliquæ,  
brevi delituros dolores, pro solatio in-  
gererent, eo quod tantopere vechen-  
tes essent, ac proinde vel brevi mori-  
turæ, vel tanta morbi violentia statim  
levandæ. Alſit, alſit, inquit MAGDALE-  
NA, duret, duret, & in eternum durabilis  
ſit dolor, ſi ita Crucifixo videatur, mille mor-  
tibus, mille ieiunib; misérū corpus concidat,  
ō D E U S meus, Amor meus Crucifixus!  
Exaudita est lava in corporiculū tener-  
rimū oratio, per quindecim ſiquidē di-  
es, importabilis Martyrio coronata eſt,  
ſtupentibus Medicis, omnia in debili  
Virgine eluſa Galeni Apodigmata; ac  
tū demū Virgo ad Patientiæ triumphū  
& coronas vocata. Ex euatis.

J E S U C H R I S T I A N N U S M . D C . L X I I I .  
S a n c t i P a t r i s B e n e d i c t i . M . C . L X X X I I I .

I Terū Gallijs intentissimū Cœlū, dū  
in lilio illo, cœlesti regno horrifī-  
que Elysijs digniora intuetur lilia, &  
flores Regū Regis dignissimos mani-  
bus, iterū hoc anno jure ſuo uſum, ite-  
rum liliū ſibi vendicat, ſibi maturri-  
mum, cœlitibus præelectum, cum diu  
cœleſtis odoris fragrantia omnia Gal-  
liarum Regna impleviſſet. Horret fa-  
cro horrore animus, talia noſtræ ætatis  
referre exempla, qua imbecillē ad tā  
ardua confundunt animum, & ſacros  
ad ſacra bella concitatissimos etiā pro-  
vocant, tanto magis miranda, quanto  
ex infirmiore ſexu, & quidē delicatissi-  
ma Principe, ad stupore elucentur.  
Facio, quod alias plerumque, in mag-

ni momenti rebus, meis diffiſus mini-  
mè verbis, ſed incredulitati delicato-  
rum, & ipsa formalia afferro Scriptoris  
ſepè à me laudati integrerrimæ synce-  
ritatis, & qui ipſus habuerit recens ge-  
ſta, ut ex hoc ipſo apparebit, & quidē  
à teſtibus oculatis & reaſle expertis.

Oper. p̄petuum erit, inquit, id referre, quod  
superiori (NB. 1663.) anno Parisijs conti-  
git, obitum ſcilicet Iuſtrissima Domine, &

Venerabilis Matris Magdalene à Paſſione de  
Rieux, tertium jam ſotius Congregationis

Superioris (ſeu Praefidis) Generaliſ. Vicit  
multis parisibus Generis Nobilitatē preſtantans

animi Virtus, cumque facile in geny bonita-  
te, gravitate judicij, prudentia, humanita-  
te, alijsque natura preſtantissimis dotibus,

ſuperares omnes, major tamen ſemper ſeip-  
ſa humilis mens, omnibus ſubdi ambiebat.

Electa in Priorem Calvarie Parisiensis, an-  
nos duntaxat viginti quinque nata, & in

Superiorē Generalem annos etatis habens

triginta, ſolo ledende conſientia ſcrupulo,

elecione ſubſcriptis invita, tentatis nequid-

quam mille vijs ſacrifisque dolis, quibus im-

portabile onus a ſe amolirentur. Prefecta Regi

alij, omnibus morem zerebat, nec raro hu-

mi prostrata enixius ſorores obſerbat, ut Principia,

ſibi defectus obicerent. Per quadraginta omnium

& amplius annos Parisijs conorata, omni-

bus pendignota manſit, ubi tamen omnes

affines collecti erant, Rege ipſo, Principibus

que viris, ſæminisque ſibi conſanguinitate

conjunctionis. Et in hoc principiū data ſibi po-

teſtate utebatur, in Priores principiū, diſtri-

cte ipſis præcipiens, nequid de ea, ejuſque

familia ad pompa & plauſum loqueren-

tur. Si quando a Prelatis alijsque prima no-

ta viris inviſeretur, ſalutatis humiliſer.

Priorem loquentē, ipſa ex humilitate muta

audiebat, aſerens, nihil ſe dignum tanto

cauſa faro poſe. Diviniſ Officijs & orationi

ſemper prima intererat, abjectis quibuscumque

alijs, ſive negotijs, ſive colloquijs. Nun-

quam mihi genibus flexis orabat, nihil in-

nixa, ino altero genu iſchiade rigente, alte-

ro duntaxat ſilicis inſtar obdurate falci-

batur. Nunquam de rebus cuiusvis momen-

tiuſta anxia extuit, atque ſi ſolitis pietati-

exercitijs deeffet. Unde hoc ejus commune

effatum; Solius D E I eſſe plura ſimul ope-

rari, noſtrū uni ſolum rei intendere, poſt

modum uni iterū poſt alterū uicare. Non

pronunti-  
erat quisquā qui ab ejus charitatis calore ſe

abſcondebat. Egris ipſa p̄eſens obſequeba-

tur, & manibus, & exhortationibus, ac

miſis plerumque fructibus ac bellarijs, qua-

ſibi